

meditantur, et tibi vivendi solatium præstant, et mercedem futuram in cunctis sibi acquid longe lateque tam in tuo regno quam et quis patriis magnam esse nobilitatem per in palatio gaudebunt, ubi veritas non abne- d justitia pronuntiatur, ut, abstersa mundana e, æquitatis radiante lumine, sic justitia , ut cum laude clarificetur Dominus, justicio in cauto palatio judicatio lætifcentur, et t pauperes, viduæ defensionem habeant, or- telam suscipiant.

Et, o rex Francorum illuster, dulcissime filii, ama illum, semper tibi præsentem; et invisibilem humanis oculis credas, tamen adora eum; et quantum ipse tibi de die in honorem dederit, tanto amplius illum dilige, cum quotidie satis humiliter, ut det tibi sa- gubernandi regnum, quod ab i, so accepisti; illi illi placuerit quod regnes, semper ei pla- ideres; quia omne donum bonum desursum endens a Patre luminum; quoniam non po- to accipere quidquam, nisi ei datum fuerit. Ideo enim hominibus dantur dona a Domino ates, ut Auctori gratiæ referantur. Ministrum te scias ad hoc constitutum ab ipso, ut qui- rona faciant, te habeant misericordem adju- rificem fortem te cognoscant hi qui faciunt t antequam faciant, te timeant. Pleno cordis ogita sollicite qualiter in omni vita tua a erneris, ut diu et feliciter tu alios regas. nia et post omnia cave pravorum consilia, et rum acceptiones. Sine honorum consilio ni- t, sed unicuique suus honor servetur. Unum- s sua fides commendat. Vide ne ames eum us odit, id est, qui ejus contemnit præcepta,

A neque eum odias quom Deus diligit, hoc est, qui ejus mandata custodit. Noli diligere adulatorem, sed ama eum qui tibi dicet veritatem. Honora sacerdotes; magnifica Deum timentes; veritatem ama et seque- re; clamores populi moderate compece; judices pravos corripere viriliter. Sic te, Domino adjuvante, tempera in omnibus, ut qui mali sunt in omni gradu regalem timeant auctoritatem, legem, et rationem; boni vero ament fidem et misericordiam; singuli judicent justum judicium. Tu vero conserva unius tori castitatem. Sapientium dicta prudenter interroga; nec te pudeat interrogare quod nescis, nec præcere coneris quod ignoras, ne forte per vanam gloriam offendas gloriam Dei; multum enim talis homo displicet Deo. Purum sensum habe per singula; stabilis sit sermo tuus; considera eum antequam defnias, et postquam finieris, non mutes eum; si tamen non ma- lus sit aut noxius, non decet regem mutabilem esse; scias vero quod nullus potest esse fidelis regi cujus sermo non stat. Cave calcare ova aspidum nuda planta; recordare præterita, et cogita futura. Intel- lige quod scriptum est: *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Cogita diem novissimum, ut non pecces per securitatem. Sapientior est qui inantea præparat, quam qui retro relinquit. Nutri nunc reliquias Fran- corum, hoc est filios eorum paterno potius affectu quam crudeli imperio.

Hæc autem paucissima verba supra vires meas scripsi conctus amore tuo et Francorum omnium. Scias quia si ista super scripta sub tuo regimine gesta fuerint, ille vitæ tuæ et regni tui dignabitur augere spatia, qui ter quinos annos Ezechie regi superad- dens concessit ad vitam. Salutem humiliter a Domino perpetuam tibi et omnibus tuis dandam imploro, o dulcissime rex.

SS. ELIGII ET AUDOENI EPISTOLÆ.

EPISTOLA SANCTI ELIGII

AD SANCTUM DESIDERIUM CADURCENSEM EPISCOPUM.
(Vide supra, hujusce tomi col. 259.)

SANCTI ELIGII CHARTA °

clesiæ a se conditæ in agro Solemniacensi donat ipsum agrum Solemniacensem, et ut ibi habitantes regulam teneant sancti Benedicti et sancti Columbanii (ann. 631).

mine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego D Remigii] atque Germani confessorum in suburbio servus omnium servorum Christi, dominiæ Lemovicensi, in terra et fundo agri Solemniacensis, lectæ ecclesiæ, quam in honorem sanctorum Deo auctore, construxi, ubi, et auspice Christo præ- Pauli apostolorum, Pancratii et Dionysii, esse dignoscitur vir venerabilis Remailus [Mab., clis suis, Martini, Medardi, Nevidii [Mab. Rimaclus] abbas, cum reliquis fratribus. Legum la-

imus juxta apographum anno 1664 legaliter n ex mandato curiæ Burdegalensis, ab uno e is senescalliæ Lemovicensis, cum instrumento divo Solemniacensis monasterii deprompto. andaverunt Mabillonius, in Actis SS. ordinis dicti, sæc. II, pag. 468, et auctores Novæ r., instr. t. II, col. 183. Inter uncas va- tionem apponimus excerptas ex Editione Ma- si chartam eruerat ex ms. Codice Solemnia- lcuratior hujus Editio videtur quam apogra-

phum quo utimur, licet authentica collatione sit prædi- tum, prout liquet tum ex variis lectionibus quas ascribendas duximus, tum ex notis infra subjectis. Certe hinc est conjiciendi locus exemplum quod se- quimur non ex originali, sed ex adulterato apographo exscriptum, vel ab exscriptore ipso vitiatum fuisse. Ideo autem chartam ex hoc exemplo edimus, ut pa- teat qualem mereantur fidem collationes quibus sæ- pius apographa vallaverunt viri ab arte critica pro- sus alieni.

tores de singulis quibusque rebus quid humana fra-
 gilitas custodiat expressius decreverunt. In cessionibus
 vero solum tantum dixerunt possessionem sufficere.
 Ideoque et ego duplex vester, considerans molem
 peccaminum meorum, ut merear ab ipso exui, et a
 Domino sublevari, cedo vobis parva pro magnis,
 terrena pro celestibus, temporalia pro æternis.
 Cessum esse volo, ac de meo jure in vestro dominio
 transfundo, hoc est, supradictum agrum Solemnia-
 censem, qui mihi ex munificentia gloriosissimi et
 piissimi domini Dagoberti regis obvenit, cum ædifi-
 ciis quæ in ipso agro vel intra muros supradictæ
 civitatis esse noscuntur, cum omnibus adjacentiis
 suis, cum mancipiis fidelibus [*Mab.*, mansionariis],
 coloniis, originariis, inquilinis ac servis, vel ac col-
 oniis [*Mab.*, accolanis] ibidem commorantibus, cum
 dominiis [*Mab.*, condomiis], vineis, pratis, pascuis,
 silvis, arboribus pomiferis seu imponiferis, aquis,
 nquarumve ductibus, itibus ac redditibus, cum spe-
 ciebus vel omnibus rebus nobilibus et immobilibus,
 cum omni termino et integro suo stata, cum qua-
 drupedibus omnibus et jumentis et pecoribus, cum
 omni suppellectili et præsidio inexacte domas,
 sicut a me usque nunc possidetur, vel quidquid ad
 ipsos agros pertinere videtur, ut superius sum pro-
 fessus, meo exinde substracto dominio, vestræ domi-
 nationi de præsentem cedo perpetualiter, in Dei no-
 mine, a vobis vel vestris successoribus in jam dicto
 monasterio habitantibus possidendos, exceptis liber-
 tis meis, ^a quibus per cartulam dignarum [*Mab.*, vel
 denarium] manum misi, aut in ingenuitate integra
 maneat, et vestram tuitionem vel defensionem in
 omnibus habeant: ea tamen conditione interposita,
 ut vos vel successores vestri tramitem religionis
 sanctissimorum virorum Luxoviensis monasterii
 consequamini, et regulam beatissimorum Patrum
 Benedicti et Columbani firmiter teneatis. Nullam
 potestatem nullumque jus episcopus vel qualibet
 alia persona, in præfato monasterio, neque in rebus,
 neque in personis, nisi tantum gloriosissimus prin-
 ceptus, penitus sit habiturus. Si quis sane, quod fieri
 non credo, contra hoc ^b cessionis meæ munusculum
 quod pro felicitate regum, et animæ meæ remedio,
 et pro exoranda populi pace, et pro servorum Dei
 quiete, omnipotenti obtuli (Deo ^c dolose seu propria
 voluntate aut cujusvis gentis imperio cessante dolo)
 venire, aut in aliquo refragator esse tentaverit,
 vel repletus spiritu immundo, qui Christianorum
 sæuper conatur evellere facta, consilium dederit aut
 adiuniculum præbuerit, vel quodcumque solatium
 præstare visus fuerit, ut et devotionis meæ oblatio
 in aliquo, quod divina potentia non permittat, cor-

^a Corruptissimam lectionem feliciter Mabillonius emendat, dum legit, *quibus per cartulam vel d-narium manum misi*. Duplex enim erat manumittendi modus, per chartam, scilicet, vel excusso denario; posteriore tunc in Francia moris fuisse, locus hic luculenter indicat, neque alium modum agnoscere videtur lex Salica, Eccard. et Feuerb. xxvi, Schilt. xxxvi; Herold. xxx; Emend. xxviii, et cum Marculi for-

rumpatur; ^d veniat super eum ira Dei omnipotentis, et, sicut Batan et Abiron, vivens in infernum descendat; deleatur de libro viventium, et cum justis non scribatur; sitque super eum peccator, et diabolus stet a dextris ejus; cum judicatur, exeat condemnatus, et oratio ejus fiat in peccatum; fiant dies ejus pauci, et dignitatem ejus accipiat alter; fiant filii ejus orphani, et uxor ejus vidua; commoti amoveantur filii ejus, et mendicent et ejiciantur de habitationibus suis; scrutetur fornicator omnem substantiam ejus, et diripiant omnes labores ejus; non sit illi adjutor, nec sit qui misereatur pupillis ejus: fiant nati ejus in exterminio; in una generatione deleatur nomen ejus in conspectu Domini, et peccatum matris ejus non deleatur; fiat contra Dominum
 B semper ut dispereat de terra memoria ipsius, et insuper inferat fisci juribus auri libras decem et argenti pondo viginti, stante nihilominus in perpetuum hujus cessionis meæ decreto. Te vero, clementissime princeps, per regem regum exorare præsumo, qui omnia regna suo pugillo constringit, ut hanc voluntatis meæ cessionem numquam patiaris in aliquo refragari. Simili modo, te, beatissime pater, Remacle abba, tuosque successores vel subjectos, postulo per individua Trinitatis majestatem, obtestor et per illam inmarcessibilem (*Mab.*, innumerabilem) omnium sanctorum, angelorum, archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum et confessorum catervam exoro, ut regulam supradictorum Patrum, quam in sæpe memorato monasterio Luxoviense tenent, teneatis [*Mab.*, omni custodia teneatis], et vigilias atque obsecrationes ad placandam iram furoris Domini assidue intendatis. Quod si aliqua tepiditate faciente, seu subjectorum timore impediendo, a te vel successoribus tuis sæpe memorata regula fuerit dempta, vel in aliquo prætermissa, et ferventer pro Dei timore a vobis non fuerit adimpleta, licentiam habeat Luxoviensis abbas, qui tunc temporis fuerit, et ex quorum regula tu nobis complacens aliis [*Mab.*, in hoc monasterio aliis] es prælatus, negligentem quem viderit [*Mab.*, videris], seu abbatem, seu subjectum de hoc monasterio, quod constitui bono animo, castigare; ut continuo correctus, talis inveniatur qui pro felicitate et gloria principis, et absolute scelerum meorum, Domini indesinenter valeat exorare misericordiam. Sic tamen ut nulla diminutio in rebus, vel facultate ipsa, præter quod supra habetur insertum, a sæpe memorato abbate Luxoviensi [*Mab.*, principe], ullo unquam tempore inferatur. Et quia, ut superius sum pollicitus, munuscula ipsa ex largitate christianissimi et piissimi domni Dagoberti regis

inulis concordat.

^b Mabillonius hæc: *cessionis meæ munuscula (qua cessante vi, dolo, sed propria voluntate, et nullius cogentis imperio pro felicitate, etc.*

^c Voces *dolose*. . . *dolo*, parenthesisibus inclusæ, desunt ap. Mab.

^d Hæc imprecationes mutuatæ sunt, fere ad verbum, ex psalmo cxxviii.

habere et possidere, ideo ut perpetuum in A mine ipsa cessionis meae epistola sortiatur me, praefato principi obtuli confirmandam, et de praesenti [Mab., pietas de praesenti] saluta manu sua roboratam promulgavit auctori.

In qua cessionis meae cartula stipulatione mone subnixa, infra manu propria subscripsi, testimonium subscribi [Mab., et qui pro testi-subscriberent] de praesenti rogavi. Facta ces- b die duodecima Kalendas Decembris, a anno i sexcentesimo quadragesimo primo, anno de- regni gloriosissimi domini nostri Dagoberti feliciter, in Christi nomine. Eligius [Mab., m], servus servorum Dei, cessionem a me i relegi et subscripsi. In Dei nomine ego b latus episcopus, rogante homine Dei filio meo dño B hanc cessionem subscripsi in Xpi nomine. solus [Mab., Madegisolus episcopus, subscri- annoaldus episcopus, rogatus ab Eligio, hanc cessionem sua cartula subscripsi. [Mab., hic addit tunc episcopus, rogatus ab Eligio, hanc cessionis cartulam subscripsi. Deotemus [Mab., Dacre-

mus] peccator, rogatus a supradicto Eligio, sub- scripsi. Galapius [Mab., Solapius] peccator, rogatus a supradicto, subscripsi. (e Maurinus episcopus, ro- gatus ab Eligio, hanc cessionem cum sua cartula sub-cripsi.) In Christi nomine [Lupus, ac si indignus episcopus, rogatus hanc epistolam subscripsi. Ildegarius peccator subscripsi. Arogetualis Eligio pro testi- monio subscripsi. Crannolinus [Mab., Chramnalenus] pro testimonio subscripsi. [Mab., hic add. Gandanus subscripsi.] Agoricus subscripsi. Crannoaldus [Mab., Chramnoaldus] pro testimonio subscripsi. Agori- chius hanc epistolam subscripsi et d euls. Childerau- nio seu Baso [Mab., Childeramenensis Baso], roga- tus a supradicto fratre meo Eligio, subscripsi. Anso- aldus subscripsi. Dado, rogatus a supradicto, sub- scripsi. Rabo [Mab., Rado], rogatus a supradicto, subscripsi. Probabobertus [Mab., Bobobertus] sub- scripsi. Baso [Mab., Babo] subscripsi. Rabbo [Mab., Baso], rogatus, pro testimonio subscripsi. Vincen- tius, minimus omnium levitarum Christi, rogatus a filio Eligio, hanc cessionis cartulam scripsi et sub- scripsi.

essant haec in Exemplari Mabill. Caeterum an- nr. 641 cum anno decimo regni Dagoberti colli- interpolatorem prodit. Certe, tunc temporis in ma fait annum Chr. chartis apponere. Adde, quod omnes constat, anno 641 Dagobertum jam tri- bblinc annis vitam cum morte commutasse, scili- mo 638, die 2) Januarii. De annis Dagoberti docte mentati sunt Mabillonius et Longuerue, quorum mitiones videsis ad calcem t. III Scriptorum re- Francicarum. Mabillonius, Acta SS. Ord. Ben. C t. I, pag. 352; Cointius, Ann. t. II, pag. et plerique criticorum familiae principes, annum nam regni Dagoberti tribuunt anno Chr. 634, i regni hujus computando ab adeptio Austr-

sia regno. Quidam a morte Clotarii patris annum hunc decimum repetendum censent. Utraque opi- io concordat cum subscribentium episcoporum nomi- nibus. Nos sententiam a pluribus receptam sequi- mur.

b Ex episcopis qui huic chartae subscripserunt anno regni Dagoberti decimo, Maurinus Ecclesiae Belva- censi praefuit, Adeodatus Matisconensi, Madegisolus Turonensi, Canoaldus Landunensi, Galapius seu Sala- pius Nannetensi, Lupus Lemovicensi, Ildegarius Se- nonensi. Vid. Coint. t. II, Annal. pag. 844.

c Voces *Maurinus...* subscripsi, parenthesibus in- clusae, desunt ap. Mabillonium.

d Haec voces ridiculae apud Mabillonium desunt.

VERSUS SANCTI AUDOENI DE SANCTIS MENARDO ET GILDARDO.

Hi sunt Gildardus fratres gemini atque Medardus :
Una dies natos utero viditque sacros,
Albis indutos, et ab ista carne solutos.

ANNO DOMINI DCLVI

CLODOVEUS II

REX FRANCOBUM

ET

SANCTA BALTHILDIS

EJUSDEM REGIS UXOR.

(Mabillon., Acta SS. ord. S. Benedicti.)

NOTITIA HISTORICA IN SANCTAM BALTHILDEM.

Sancta Balthildis, seu Baltechildis, ex Anglo-Saxo- na regione captiva in Franciam adducta, ex Erchi-

noaldi ministerio in Clodovei junioris thalamum exacta, demumque ex regina monasterii Kalensis